



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. i



I. N. J.  
DISPUTATIO XI.  
**SELECTARUM**  
**THESIUM**  
**JURIS CERTI & CON-**  
**TROVERSI**

Ex Tit. j. d. Leg. & seqq. usq; ad finem  
Lib. 2. iisq; Titulis π. C. Just. Theod: Libb.  
βασιλικ. & ξ. respondentibus.

*Quam*  
**PRÆSIDE**  
**JOHANNE CHRISTO-**

**PHORO Golz/**  
J. U. D. & P. P.  
**ABRAHAMUS Grendau/**

Insterb. Prusus.

**RESPONDENS**

publicè defendet

**IN AUDITORIO MAJORI**  
A. clo. loc. LXXXI.

---

*REGIOMONTI.*  
**PRÆLO REUSNERIANO.**



*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo,  
longoꝝ rerum usu & experientia  
prudentissimo*

**DN. CASPARO Gerner /**  
**Inclytæ Lœbnicensium Reip. Senatori**  
**Gravissimo, ejusdemqve Camerario**  
**fidelissimo.**

*Nec non*

*Spectatissimo Integerrimoqz*  
**DN. HENRICO Riehl /**  
**Civi ac Negotiatori apud Lœbnicen-**  
**ses Celeberrimo, Consobrino**  
**dilectissimo.**

*Dominis Patronis & Fautoribus suis*  
*Omni observantiae studio etatem*  
*colendis*

*Exercitium hoc Academicum in sui re-*  
*commendationem & debitæ per-*  
*petuaꝝ observantiae pignus*

*dicat & consecrat*

**ABRAHAMUS Grendau /**  
**Insterb. Prus.**



It. j. d. Legat. usq; ad ultimum Lib. II. respondent π. Lib. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. Lib. V. Tit: ult: & Lib. 29. Tit. fin. C. Just: Lib. VI. Tit. 36. 37. 38. 40. & seqq. usq; ad Tit. 51. Tit. 53. & 54. C. Theod: lex i. 2. & fin. d. Lib. & Tit. in Disp. preced. θ. i. Libb. βασιλικ. Lib. 36. Tit. i. Lib. 41. Tit. i. 2. 3. 4. & Lib. 44. in ξ. c. 4. 5. 16. & 18. Lib. III. Tit. 26.

II. Agitur in his Titulis i. tum de Legatis t. t. j. d. Legat: tum de FideiCommissis Universalibus & Singularibus t. t. j. d. FideiC. Hered. d. singulis reb: per FideiC. relictis. t. t. π. d. FideiC. Hered. item Libb. 3. π. d. Leg. & FideiC. t. t. βασιλ: C. Justin. d. Legat: t. t. C. Justin: d. FideiC. Comm. d. Leg. & FideiC. Lex fin: C. Theod. d. Testam. t. t. βασιλ. d. Leg. quæ usucapiuntur c. 4. 5. ξ. d. Testam: (2.) De Subjecto Legatorum seu FideiC: t. t. π. d. His quib: ut indig: t. t. C. Just. de iis quib: ut indig: ad SC. Syllan t. t. C. Just. & βασιλ. d. incertis personis, t. t. βασιλ. d. Legatis ei relictis qui ante tabb: B. P. petiit. t. t. βασιλ: De his qui in fraudem Legatariorum hereditatem repudiant. (3.) De Objeto t. t. π. & βασιλικ. d. Usu & Uſufr. t. t. π. & βασιλ. d. Serv. Leg. t. t. π. & βασιλ. d. Dot. præleg. nec non de instructo & instr: d. pecul: Leg. d. pen. Leg. d. Supp: Leg: d. Alim: vel cib: Leg. d. Aur. Arg. mund: d. Lib: leg: d. Reb: dub: t. t. C. Just: d. Uſur. & fruct: leg: (4.) De modo Legandi t. t. π. & βασιλ. d. Condit: & Demonstr. t. t. π. & βασιλ. d. Ann: t. t. π. & βασιλ. d. opt. & Elec: præleg: t. t. π. d. his qu. pæn. caus. d. Reg: Caton: d. his qu. pro non Script: t. t. C. Just: d. his qu. pæn: d. Falsa caus. adj. d. his q. sub mo. leg. vel FideiC: relinq: d. indict. Viduit. d. Cad: toll: t. t. C. d. Cond: insert. tam leg: quam FideiC: Libert: (5.) De effectu Legatorum & FideiC: t. t. π. C. Just: & βασιλικ. Qu. di. le. vel Fid: t. t. Ult Leg: seu FideiC. t. t. π. Ult in possesf. Leg. vel FideiC. serv. caus. mitt: t. t. βασιλ. d. Cautione Legatariis ab hered. præst. Quand. Legatar. ber.

satisd. & quand. non satisd: (6.) De Ademptione translatione & imminutione Legatorum seu Fidei Commissorum t. t. j. π. Ε βασιλ. d. Adempt. Leg. & transl. t. t. j. Ε βασιλ. d. L. Falcid. t. t. π. Ε C. J. Ad L. Falcid. t. t. π. Ε βασιλ. Si cui plus quam l. Falc. lic. t. t. π. C. J. Ε βασιλ. Ad SC. Trebell. c. 16. & 18. Σ. d. Testam: (7.) De Codicillis t. t. j. π. C. J. Ε βασιλ. d. Codic: L. I. & 2. C. Theod. d. Testam:

III. Legatum à Lege derivant *Ulp.* in fragm: Tit. 24. d. Leg. Brisson: d. form. lib. 7. quia Legis modò imperative relinquuntur atqve instar Mandatorum Supremorum sunt Ovid. lib. 1. Trist. eleg. 2. Quintil: Declam: 8. Alii à legendō seu diligendō Varr. lib. 4. d. Lingv: lat: Treutl: Vol. 2. Disp. 13. θ. 1. Sed hæc derivatio non placet Bach: ad Treutl: D. & θ. d. Lit. A. Nos utramq; notationem defendi posse juridicè statuimus, eqvē Legati genere, quānam propria Legati sit acceptio & hujus loci, constare existimamus, quia Donatio ex solā munificentia proficiens l. 18. d. adim. Leg: distinguit legatum in latissima significatione L. XII. hereditatem continens l. 120. d. V. S. quæ non solum lucrum sed & onus complectitur l. 119. eod. à Legatō strictè acceptō, quod merum lucrum & nihil oneris in se habet, ideo & in βασιλ. d. Leg. I. dicitur δωρεὰ ἐν Διογένη καταλειφθέοντα. Particulam quædam in l. legatum 36. π. d. Leg. II. Florentina Lectio non probat, approbatur tamen à vulgatis editionibus. Idecirco Accursius eam interpretatur. Sed nec ejus nec Cujacii expositionem probat Pacius in lib. Isagog. ad Tit. D. d. Leg: & putat hanc particulam esse notam improprietatis quia Legatum non est propriè Donatio, nec ponit hæc particula aliquid realiter, nec distinguit hanc Donationem ab aliis, cum genus non per hujusmodi particulas sed differentias expressas restringi debeat. Ultima quoqve verba Definitionis in §. 1. j. d. Leg: Theophilus Harmenopulus & Accursius quia à veteribus exemplis absunt non agnoscunt quia non sunt de essentia Legati utpote quod non solum ab herede præstatur sed etiam à Legatario, aut eō in cuius potestate heres aut legatarius est, imò etiam à Fisco l. 50. §. 2. d. Leg. I. Gomes. tom. 1. var. resol. c. 12. n. 4. Sutholt. Disp. 10. aph. 9. Alii putant hæc verba rectè adjecta, tum quia Leges feruntur de eo, non quod semel aut

aut bis sed quod ut plurimum fieri consuevit l. 3. d. L. L. tum etiam quia licet vivus testator nonnunquam solvat legatum videtur tamen id in Donationem inter vivos converti arg. l. 54. §. 1. d. Leg. I.

IV. Inter legata & FideiC. variæ fuerunt differeutiæ (1.) Legare licebat ex l. XII. Tabb: l. 120. d. V.S. Sed FideiC. Leges XII. Tabb: non agnoscebant. (2.) Legatum jure & Lege fuit validum; Fidei Commissum vero ipsò jure nullum ante confirmationem Augusti Hottom: j. d. FideiC. in pr. (3.) Legata variis actionibus obtineri possunt l. cum filius §. variis n. d. Leg: II. Fidei commissa nūdē relinquebantur §. pen. j. d. Sing. reb. FideiC. & unā Actione in personam tantum peti possunt. (4.) Legatum Testamento tantum relinqui poterat, FideiC. Testamento & Codicillis §. præterea j. d. FideiC. Hered. (5.) Legatum à solo herede relinqui potuit, non etiam à Legatario Caj: in fragm. lib. 2. t. 7. §. 8. lllp. in fragm. tit. 24. §. 19. Fidei Commissum autem & ab herede & à Legatario & Fidei Commissario. (6.) Post mortem heredis aut Legatarii legari non poterat FideiC. relinqui poterat §. post mortem j. d. Leg Cajus in fragm. tit. 7. §. 8. (7.) Legari non poterat ante heredis institutionem. At fidei committi poterat Ulp. fragm. d. t. §. 6. Hæ differentiæ manerunt in usu donec Justinianus Legata Fidei Commissis exæquaret ita ut quoad communicationem effectuum angustius & imperfectius ex altero augeatur & perficiatur §. 3. j. b. t. non verò ut per aliquam mixtionem formæ utriusqve perierint. Hæ vero ex æquatio non de omnibus Fidei Commissis sed tantum particularibus est accipienda. Nam si de utrisqve exæquatio, intelligenda esset sequeretur non esse amplius opus titulo d. SC. Trebelliano & de Fidei Commissaris hereditatibus, quia SC. Trebellianum propter FideiC. Universalia latum est, & post Augusti confirmationem ita Universalia ad imitationem successionis universalis comparata ut singularia vicem Legatorum obtinuere quod prolixè docet Clarisf. Dominus Strauch Disf. super Tit. D. ult. d. R. J. 10. θ. 9. & segg. hinc fit ut in l. fin. C. Th: d. Testam: Fidei Commissum universale in Codicillis relictum & Successiones ex Testamentis æquiparentur; Sensus dictæ Legis est: Si quis per Scripturam considerit Testamentum, & postmodum sine scripturâ hoc est per nuncupationem suam iterandam crediderit voluntatem, vel si Codicillis

quod est fidei Commissum potestatem heredi suo commiserit, ut ex quâ voluerit Testatoris ordinatione succedat, tunc in primordio adeundæ hereditatis suam publicare non desinat voluntatem, utrum ex Testamento an per nuncupationem an per Fidei Commissum hereditatem sibi eligat vindicandam. Quod si prima electio ejus fuerit superata, ad alteram ei transire non liceat: quia unius petitione concessâ, de reliquis se noverit excludendum. Ex hac Lege exscriptæ sunt *I. ult. C. Just: d. Cod: S. I. 2. C. d. B. P. con. tabb: Libert:* Sed expunxit Tribonianus verba quædam ratione vicesimæ sublatæ *I. ult C. Just: d. Edict. D. Hadr:* In reliquis vero quoad Fidei Commissa Universalia Jus vetus permansit.

V. Illis legari potest, cum quibus Testamenti factio est §. 24. j. d. Leg. illi vero qui Testamenti factionem non habent nec legatum capere possunt ex oppositorum ratione arg. d. §. Idqve aut *absolutè* ut sunt Hæretici *I. 4. S. 5. C. d. Hæret: S. Manich:* nam sicut probus ab improbo non expetit largitiones ita neqve convenit à probo in improbum conferri Donationem. *Cic: lib. 2. d. Legib.* Ideo vetus Ecclesia ut alia communia officia inter Catholicum & Hæreticum prohibebat, sic *Concilio Carthaginensi III. Concilio Africano* quod sub *Honorio & Theodosio* fuit: & *Chalcedonensi* nequid Christiani conferrent in paganum, in Judæum in hæreticum sive Testamento sive ullâ Donatione. *P. Ærod. rer. jud: lib. 5. T. 10. c. 3.* Item *Apostatæ. I. 1. 3. C. d. Apostat:* Ut enim in improborum sodalitio probi honestique Viri non admittuntur, sic turpes atque intestabiles personæ recipi in jure non debent. Huc referuntur deportati *I. 1. C. d. Her: Inst. & Liberi incestuosi Auth. ex complex.* *C. d. Incest. & Inut: Nupt.* quô in casu factum Testatoris nequam comprobandum est, neqve tabulæ pro justis haberi possunt, quibus velut in stabulum contaminatum Testator suas fortunas projectit & effudit. Vel secundum quid, ut est *Servus heredis §. 32. j. d. Leg:*

VI. Legari possunt (I.) Res quæ sunt in rerum natura sive aëtu sive potentia §. 7. j. d. Leg. *I. 24. pr. d. Leg.* I. hominum commercio §. 4. j. d. Leg: *I. 18. C. d. Leg.* & utilitate arg. §. 1. j. d. Leg. §. 10. j. eod. sive res sint incorporeæ sive corporeæ & singulares & vel in specie legantur ut hic homo, hic fundus *pr. j. d. sing. reb.* *per*

*per Fidei C. reliqt. vel in genere, in quô ratione electionis an ea hereditis an vero Legatarii sit? distinguendum est, an Testator ad heredem vel Legatarium verba direxerit, illo casu heredis, hoc vero Legatarii est Electio, quia regulariter Electio Legatarii est, nisi Testator aliud dixerit §. 22. j. d. Legat. Sed quomodo clarius Testator dicere potest, quām si sermonem ad heredem ipsum ut det vel faciat, dirigat Covarr. in c. indicante 4. d. Testam: n. 3. Vultej. ad §. 22. j. d. Leg: Georg: Franzk. Ex: jurid: 7. q. 6. Sive etiam res universales sint ut portio hereditatis l. 22. §. ult: π. Ad SC. Treb. l. 8. §. ult. d. Leg: II. l. 114. §. 7. d. Leg. I. peculum t. t. π. d. pecul. leg. Grex §. 18. j. d. Leg. Item res testatoris propriæ non modo liberæ l. 5. §. 4. π. d. Reb. e. qu. sub tut: verū etiam oppugnoratæ ut luere eas teneatur heres §. 5. j. d. t. quamvis eas alienas esse putaverit §. 11. j. d. t. (2.) Facta honesta & licita N. 131. c. 10. Rittersh. p. 6. c. 14. n. 4. l. 11. §. 23. 25. π. d. Leg. III. l. 49. §. ult. d. Leg. II. modo non sint inutilia l. 113. §. ult. d. Leg. I. vel ex eorum numero quæ æstimari neutiquam possunt l. 114. §. 8. d. Leg. I. vel ambitiosa & irrita, qualia erant Gladiatorū Venatorumq; spectacula quæ non solùm in publicis ludis conventibus & theatris populo sed etiam Amicis in privatis epulis exhibebantur. Quod si alter alterum jugulasset, aut bestia hominem priusquam cadaver efficeretur absumpsisset quasi mirificè delectati applaudebant. Hæc facta in quibus humanus sanguis effundebatur ludos appellabant, homines in hominis voluptatem occidebant, ideo hæc spectacula invalescente Christianismo sub Constantino M. sublata & in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. ab Ecclesia prohibita Voluntas quoq; ultima cruentos hujusmodi ludos præcipiens pro irrita est habita Athenaeus l. 4. c. 7. Exemplum ambitiosi Legati recitat Sueton: in Domit. c. 9.*

VII. De Jure veteri Ususfructus totius hereditatis à testatore Uxori relictus etiamsi filii instituti essent non restringitur ad sola alimenta sed Universalis Ususfr. Uxori debetur, latè siquidem de eō testandi facultas patuit, ut quicquid testanti libuisset ratum esset l. verbis 120. D. d. V. S. nec ea coarctata quoad præsentem controversiam l. Uxori 37. D. d. Usu & Usufr. leg. l. Tutores 18. in fin. C. d. Excusat. Tut. l. ambiguitatem 12. C. d. Usufr. l. patrimonii 22. D. d. Usu & Usufr.

leg. Magnus enim amor à marito Uxori debetur ut Hieronymus in  
Prophet. Mich. c. 7. ait: *Uxorū timere est, & cum timore Virum*  
*diligere. Viri tantum diligere, quia dilectio perfectorum est. Viri*  
*diligite uxores vestras & nolite amari esse adversus eas, licet illæ ad*  
*iracundiam provocent, & ita faciant per quæ moreantur amaritu-*  
*dinem sustinere. Hoc significat & dicitur tamen Vos nolite*  
*eis in amaritudine vicem reddere.* tum ob miserationis causas, quis  
enim earum non misereatur? propter obsequia quæ maritis præstant,  
propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem. *I. ult.*  
*C. Qui pot. in pign. bab. tum alia merita Nuptiarum I. i. π. d. Rit.*  
*Nupt. l. 4. C. d. Crim. expil. Her. & administrationem domesticam*  
*Arist. lib. 2. Oecon. c. 1.* Sed non minimus amor exhibetur Uxoribus  
in Donationibus à defuncto relictis, quæ à charitate commendantur  
quasi relinquuntur amicissimis *I. amicissimos 36. D. d. Excusat. I. Ti-*  
*tia 19. §. qui π. d. Ann. Leg. I. Nemo 58. d. H. I.* Verùm Ussusfr. to-  
tius hereditatis universalis Uxori post habitâ Naturâ & neglecta filio-  
rum institutorum educatione reliquus signum erat amoris alicujus ex-  
cessivi & intemperantis, cùm liberi ad famam & extremam necessi-  
tatem compulsi aut mori aut abjicere proprietatem & spem Ussusfr.  
obtinendi tenerentur, itaqve temperandus erat, ut & voto testato-  
rum & meritis Uxorū & filiorum necessitatibus satisficeret, ideo  
Imp. Justinian. constituit *N. 18. c. 3.* Ut si Liberi sint instituti atqve  
Uxori sit legatus universalis Ussusfr. ex Legato triens ducatur, ita  
ut filii præter nudam totius hereditatis proprietatem etiam quatuor  
uncias Ussusfr. consequantur. Hanc communionem Uxorū & Li-  
berorum licet non semper ex iisdem partibus alii quoqve approba-  
runt Legislatores. Wisigothi in Legibus suis *Lib. 4. T. 2. l. 14.* Bur-  
gundiones *Tit. 24. 42.* Longobardi *2 Tit. 1. l. 4. 5.* Ab hac tamen Sen-  
tentia recessit *Bulgarus* statuens: Uxori alimenta tantum deberi à  
liberis, non solum si maritus illi simpliciter Usumfr. legaverit, sed  
etiamsi eam Dominam & Usufructuariam nominaverit. Hanc op-  
tionem juri contrariam quam Tribunalia velut cœlo delapsam co-  
luere plurimis argumentis refutat *A. Galv. d. Ussusfr. c. 24. §. pen. &*  
*ult.*

VIII. Qui fundo ad Usumfr. relicto censem proprietatem re-  
liquam esse nituntur *I. 4. D. d. Alim. & cib. leg. I. cum 8. §. si uni D. d.*  
*Trans-*

*Trans. l. pen. §. f. z. d. Alim. & cib. leg. l. Species 15. π. d. Aut. & Arg.*  
*leg. & l. Donationes 31. §. species π. d. Don.* Qui vero Usumfructum  
esse relictum existimant, adjectionem verborum: *Ad Usumfr. ope-*  
*rari putant, magis nudum Usumfr. legatum esse censeri, ne otiosè*  
*usurpata videantur, quoniam verba ista sunt additamentum verbo-*  
*rum præcedentium.* Sed additamenta sunt vel causæ vel demon-  
strationes vel conditiones aut modi. Sed hoc additamentum non  
continet meram causam ut tantum indicaret impulsum voluntatis  
suæ, sed etiam ut declararet velle se ut illius causæ quam expressit fi-  
nis effectusqve sequeretur. Nec continet demonstrationem quia pro-  
priè demonstratio est rei relictæ designatio ac delineatio *Theophil.* in  
*§. huic proxima j. de Leg:* sed hoc qualitatem rei legatæ non desi-  
gnat. Neqve continet conditionem, quia conditio illa est, quæ  
differt aut suspendit effectum Dispositionis, sed hoc nihil differt.  
Continebit itaqve modum, qui duplex est, alius ingreditur legatum  
illiqve aliquam qualitatem intrinsecam inducit, ut *Papinian.* in *l. 4.*  
*§. i. π. d. Servit.* scribit: Modum adjici posse Servitutibus constat,  
velut quô genere vehiculi agatur vel non, alius est qui non adeo le-  
gato quam Legatario præscribitur ut aliquid præstet vel faciat. Si  
itaqve primus modus consideretur in verbis, ad Usumfr. tum quasi  
sensit testator se legare fundum Ususfr. jure. Si secundus, tum quasi  
dicere voluit Legare fundum cum hoc, ut Legatarius eum sibi habeat  
& possideat tanquam fructuarius. Huic sententiæ favent *l. si habita-*  
*tio 10. §. Sed si sic d. ll. & Hab. l. Uxori 24. §. ult. π. d. IUsu & Usufr.*  
*leg:* Ad contrarias leges prò primâ sententia adductas respondet *A.*  
*Galv. d. tr. d. Usufr. c. 23.*

IX. An in Verbali Conjunctione sit jus accrescendi? & *Ne-*  
*gantium & affirmantium argumenta aliquod pondus habere viden-*  
*tur. Negantes provocant (1.) ad §. Si eadem res 8. j. d. Leg.* qui duas  
conjunctiones juris accrescendi enumerat tantum, Conjunctionem  
scil. quæ fit vel re & verbis simul, vel re tantum. (2.) Ad *l. Si quis*  
*ita 66. d. her. inf.* quæ docet nullum esse inter verbis conjunctos jus  
accrescendi. (3.) Ad *l. hujusmodi 84. §. quibus 12. d. Leg. 1.* Ut nihil  
operetur verbalis conjunctio, quâ ita legatum fuit, Titio & Mævio  
singulos Servos dolego. (4.) Ad *l. pen. π. d. Usufr. accr.* in qua Pa-  
pinianus expresse decidit: Si singulis rei fructus legetur æqve, atqve  
si æquis



si æquis portionibus legatus fuisset, jus accrescendi inter eos non esse.  
(5.) Ad l.3. pr. l.1. pr. d. Usufr. accr. l. conjunctim 80. d. Legat. III.  
ostendentes toties esse jus accrescendi, quoties in duobus qui in solidum habuerunt concursu divisio est, non v. si ab initio certæ partes  
sint. (6.) Ad l.16. pr. d. Leg. I. & l.7. d. Leg. II. quæ de verbali con-  
junctione intelligendæ sunt ubi partes non adcrescunt. *Affirmantium*  
tamen sententia prò meliore habetur, quia fundatur in textibus seqq.  
l. si duobus 16. §. fin. d. Leg. I. l.51. in fin. d. Leg. I. l.5. in fin. l.6.7. pr.  
d. Reb. dub. l.5. §. fin. Si pars Hered. pet. l. un. §. his ità definitis ver.  
in his itaq; C. d. Cad. tollend. l.20. in fin. C. d. Jur. delib. Negantum  
rationes ex legibus malè acceptis desumptas solvunt Donell. l.7. Com.  
13. Gomes. l. resol. 10. n. 32. Riem. decad. 7. q. 7. Bachov. ad Treutl. vol.  
2. d. 13. θ. 3. lit. C. De reliquis Conjunctionibus an inter re tantùm Con-  
junctos Jus accrescendi locum habeat? item an Re & verbis con-  
juncti ab initio solidum habeant, an vero partes? & an inter Re &  
verbis conjunctos sit jus accrescendi? videri potest in utramq; sen-  
tentiam disserens Franzk. E 7. q. 3. 4. & 5.

X. Forma & modus legandi ex testatoris legantibus voluntate  
ampliatur limitatur & regitur l.19. l.33. §. 1. l. 101. §. 2. d. Condit. &  
Dem. quòcunq; sermone & verbis quibusvis mentem testatoris le-  
gantis significantibus l. 2. C. Comm. d. Leg. l. 21. C. d. Leg: nam de ver-  
bis non admodū solicitos esse jubet Imperator l.22. C. Comm. d. Leg: ità  
ut nec error §.29. j. d. Leg: nec falsa demonstratio §.30. j. eod. l.17. l.33.  
l.72. §. falsam. l.40. §. penult. l.34. d. Condit. & Demonstr. l.2. l. ult.  
C. d. Fals. caus. adj: nec causa falsa vitiat legatum nisi tum, quando si  
scivisset Testator causam illam præteritā falsam fuisse, legaturus non  
fuisset §.31. j. d. Leg: Possunt relinquī legata ante post & inter medias  
heredum institutiones §.34. j. d. Leg. l. 24. C. d. Testam. quia incivile  
foret ordinem scripturæ sequi & mentem testatoris spernere. Forma  
legandi additur vel juvandi legati causa vel temperandi & velut mi-  
nuendi ejusdem, vel etiam augendi & ornandi causa. Juvandi causa  
forma addita facit, ut legatum certius sit, & enixa testatoris voluntas  
magis magisq; intelligatur & probetur. Certius redditur legatum  
quando cum demonstratione vel pure seu sine conditione relinquī-  
tur. Cum demonstratione relinquitur id, in quò exprimitur cum  
circumstantiis nominatim, quid & cui legatum sit ut Sempronio  
Ayun-

Avunculo meo scribae fundum meum Cornelianum apud campum Martium do lego *Don.* 8. c. 20. *Comm.*: Ad formam purè legandi pertinet *Regula Catoniana*, quæ ita se habet: quod si facti Testamenti tempore decessisset Testator, inutile id foret legatum, quandocunq; decesserit Testator non valebit *I. i. & seqq. n. d. Reg. Cat.* hoc est legatum quod mutatà conditione personæ vel rei in eum casum sive locum venit, à quô incipere non potest non convalescit *Don. 8.c. 20.* Forma legandi quâ Legatum temperatur & minuitur est quâ Legatum vel ab initio differtur, vel caepio & præstito modus & finis injicitur. Differtur legatum ab initio quod sub, vel ex dic certò vel conditione aliqua præstare jubetur *I. 33. 34 72. d. Cond. & Dem.* Differtur Legatum conditione à Testatore apposita, quâ legatum non statim sed cum conditio extiterit deberi incipit *I. 5. §. 2. quand. di. leg.* quâ de re pluribus agit *Althus. Dicæolog. lib. 9. c. 53.*

XI. Finis est ut Legatarius honore afficiatur *I. 3. §. 2. n. Leg. præst. I. II. §. 20. d. Leg. III.* & absq; incommodo commoda sentiat *arg. §. 1. j. d. Leg. I. 75. n. d. Leg. II.* quod prolixè docet *Galv. d. tr. & c. 23.* Effectus Legatorum est ut statim post mortem testatoris rei propriæ, purè & in specie legatae dominium fictione juris transferat in Legatarium, quamvis agnatum vel repudiatum à Legatario nondum sit *I. 5. pr. & §. 1. I. 7. pr. §. 1. I. 21. pr. I. 25. §. ult. n. Quand. Di. leg.* ut adeò ex eò tempore lucrum & damnum ad Legatarium pertineat *§. 16. j. d. Leg.* Nec heres, in nullâ morâ constitutus, ad præstationem nec æstimationem teneatur in specie legatae *§. 16. j. d. Leg. I. 47. §. fin. d. Leg.* *I. I. 23. n. d. V. O.* Secus vero in genere vel quantitate legatae *I. II. C. Si cert. pet.* vel si factum heredis intercesserit, vel ipsius culpa *I. 47. §. culpa n. d. Leg. I. I. 91. n. d. V. O.* Inde quoq; sequitur rem legatam efficaciter alienari non posse ab herede *I. 81. pr. d. Leg. I.* nec contra eam usucaptionem vel præscriptionem currere *I. 3. §. 3. C. Comm. d. Leg. I. 12. §. 2. n. Fam. Ercisc:* vel si non perierint sub pæna amissionis ab herede præstandam esse *N. I. c. 1. Autb. hoc amplius C. d. Fidei C:* cum fructibus & usuris à tempore moræ *I. 39. d. Leg. I: I. 3. n. d. Iisur.* Si vero heres eam præstare nolit, ad eam consequendam Legatarius tres habet Actiones Rei Vindicationem, Personalem ex Testamento & Hypothecariam *§. 2. j. d. Leg. I. I. 2. C. Comm. d. Leg.* & nonnunquam etiam Exceptio-

nem e. g. in legatō liberationis *Giphan.* ad. §. 13. j. d. Leg: His uti potest Legatarius post aditam hereditatem non quidem conjunctim sed electivē l. 76. §. pen: n. d. Leg. II. Rei Vindicatione si rem ipsam persequatur contra quemcunq; possessorem arg. l. 46. n. d. Furt: Hypothecaria si non rem ipsam, sed reliqua defuncti bona persequatur, nam Legatario in bonis à Testatore ad heredem translatis hypotheca constituitur l. i. C. Comm: d. Leg. l. Creditoribus q. §. 1. n. d. Separ: Nec obstat, quod Nemini simul & sennel dominium & quoq; hypotheca ejusdem rei competit: cum non in ipsā re legatā, sed aliis defuncti jamq; heredis juri subjectis bonis constituatur Bart: in d. l. i. C. Comm: d. Leg: Actione personali Neminem nisi ipsum heredem potest convenire cum heres adeundo hereditatem quasi contraxisse cum legatariis videatur §. heres quoq; j. d. O. qu. ex qu. Contr. Sed ex quasi contractu obligatio Actionem personalem pariens oriatur l. 47. §. ea obligatio 2. d. ProC: Salubriter ergo præscriptis harum Actionum finibus quibus ad Legata perveniendum, propriæ autho-ritati locus relinquitur nullus quā possit Legatarius legata occupare d. l. i. C. Comm. d. Leg. arg. l. 186. d. R. I. Hoc enim si fecerit hereditate vacante, edicto Quod Legatorum conventus possessionem eorundem restituere tenebitur l. i. §. & continet 2. π. Qu. Legat: aditā vero, Legato se indignum reddit l. non est dubium §. C. d. Leg: & Legati jure excidit l. 13. §. fin. Qu. me. caus. Eorum tamen senten-  
tiam qui alio remedio executivo Legatariis succurrendum esse du-  
cunt magis piani & æquam hoc præcipuæ Seculō contentiosō sta-  
tuit Lindem. in Ex. Justin. D. 4. 9. 7. hancq; sententiam ex Novella  
Justiniani d. Heredibus & Falcidias §. illud malè intellecta approbant  
variū Doctores uti docent Angelus in Comm. istius loci Alex. ad l. ult.  
n. 13. C. d. Edict. D. Adr. toll: & ibidem Jason. n. 14. Socinus senior in  
conf. 103. lib. 3. Decius ad l. in testamentis n. 6. d. R. I. ubi etiam  
Cagnot. n. 9. Alciatus ad l. Pecuniae verbum §. Actionis d. V. S. Natta  
in conf. 206. n. 4. conf. 626. n. 25. Quos non rectè statuere dicit Fachins.  
Controv: jur: Lib. 5. c. 31. quia hæc ei videtur esse sententia Justini-  
ani. Ut heres incidat in poenam privationis relictorum, si post adi-  
tam hereditatem cessaverit annum integrum in exequendâ Volun-  
tate defuncti, qui tamen annus non ab aditione numerabitur, sed  
ab admonitione & conventione judicis, à quō tempore lis est pera-  
genda



genda intra annum & est Exceptio ad l. properandum C. d. Jud: Menoch. d. Adip. poss. Remed. 4. n. 693. & seq: Sed Bach. ad Treutl. vol. 2. Disp. 13. §. 7. lit. D. distinguit: An jus Testamenti & Legatarii liquidum sit, nec ne? ut illô casu favore ultimarum Voluntatum aliquando de planò & summarie procedat Judex, quam distinctionem probabilem dicit Rennem. Colleg. Jurid: Ex 2. §. 1. in fin

XII, Legatum infirmatur vel ab ipso Testatore ademptione expressâ pr. j. d. Adempt: Leg: l. 2. π. eod. eodem Testamento vel Codicillis Testamento confirmatis quibuscumq; verbis facta l. 3. π. d. t. l. 17. C. d. Leg. aut tacitâ ex alienatione voluntaria aut inimiciiis super venientibus collectâ l. 18. l. 3. §. fin. π. d: t. Vel translatione cum Legatum ab uno ad alium transfertur, puta Stichum quem Titio legavi Sejudo lego §. 1. j. d. t. l. 5. π. eod. l. 89. π. d. Condit. & Demonst. Vel à Lege Falcidiâ quâ heredi permisum est hereditate ultra dodrantem legatis exhaustâ quartam detrahere ne defunctionum ultimæ Voluntates destituantur, non à Falce sed ab Authore. Gajo Falcidio Trib: pl. teste Dion. in Aug. & Isidor. in c. quedam Dist. 2. dicta. Cum enim L. Furia quæ ultra mille aureos alicui legare prohibuit & L. Voconia quæ cavit ne Legatarius plus ex Testamento consequeretur quam heres pr. j. d. L. Falce. & ibi Theoph. facile eludi possent, à Falcidio lata est Lex quâ ultra dodrantem i. e. novem uncias legare testatori non permittitur sed semper tres unciae sive quarta hereditatis pars penes heredem scriptum remanere debet non tantum, Jure Retentionis sed & Vindicationis etiam ante Constitutionem Justin. in l. pen. C. d. t. l. 26. & 73. §. ult. π. eod. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 14. §. 4. lit. D. Ludw. E. 7. 9. §. 8. l. j. Huic assertioni se opponit Jacobus Cujacius O. L. 8. c. 2. dicens Vindicationem dari ex Constitutione Justiniani l. pen. C. Ad L. Falcidio nec fuisse ante Justinianum Vindicationem sed Retentionem tantum, & ideo Legatario occupante vacuam possessionem rei legatae sine voluntate heredis, heredi datur Interdictum Quod Legatorum, ut recipiat rem Legatam sibiq; Falcidiâ servet per retentionem l. 1. C. Quod Leg: Vel si per errorem solverit integrum legatum heres, datur Condictio indebiti l. 1. §. Si Legatarius, π. Ad L. Falce quam tamen sententiam predicti Dd. quibus etiam accedit Franzk. E. 7. 9. 7. convellunt hac potissimum ratione: quia L. Falcidia

ita restringit liberam ex L. XII. Tabb: testandi facultatem ad do-  
drantem ut si plus legatum sit pro non dato habeat l. i. ibi dum  
ita detur Ad L. Falcid: Unde & ipso jure Legata minuere l. 73. §.  
ult. eod. & quadrantem heredi illibatum quasi segregare dicitur, ut  
quod ipsi vel Coherede legatum vel FideiC. relictum sit, vel alias  
quam jure hereditario perceptum in eundem non imputetur l. 74.  
l. 91. item l. quoties 67. Ad L. Falc: ubi quæ plus ultra Falcidiā  
legantur à Lege excepta & non debita vocantur, sicut ē contrario  
Legata, quæ deductionem, cui obnoxia esse cæperant, effugiunt  
aucta & debita esse dicuntur in l. i. §. ad quod 13. Ad L. Falc: l. 87.  
§. 5. eod: Nec facit quicquam responsio Cujacii ad l. in quantita-  
te 73. §. ult. & l. lineam 26. D. Ad L. Falcid: quod minui idem sit  
quod est retineri deduci recidi, & ipso jure minui legata nihil aliud  
sit quam ex L. Falcidia Quartæ retentio l. Servus quem D. d. A&I:  
Empt: quâ heres utitur suo jure quasi heres & Dominus & ideo  
retineri dicitur Falcidia jure hereditario l. 14. D. Ad L. Falc: & ju-  
re Testamenti l. qui duos D. d. Vulg. Subst: eaqve ratione admissa  
Falcidia Servus legatus vel quæ alia res communis fit inter here-  
dem & Legatarium l. Plautius D. Ad L. Falcid: Sic ad retinendam  
Falcidiā generaliter dicit apud Judicem L. Falcidiæ opponendam  
esse Exceptionem doli quod probat l. 15. in pr. 16. & 80. in fin.  
D. Ad L. Falcid: Ita herede per errorem solvente cum integrum  
legatum Conditione Indebiti consequi vel beneficio Interdicti  
Quorum Legatorum jure retentionis uti posse. Sed hæc explicatio  
Cujacii, quæ alias usui juris repugnat defendi nequit ex l. Servus  
30. d. A&I. Empt. tum quia ut Bach: d. l. ait non si aliquando phra-  
sis ista ita accipitur, eam ubiq; ita accipi oportet, tum quia in casu  
d. l. 30. non tantum Exceptio aut Retentio, sed etiam si solutio fa-  
cta fuerit, Actio datur ut textus ille contra Cujacium retorqueri &  
ex eō confirmari possit, ubiunq; quid ipso jure minui dicitur &  
Exceptionem & Actionem superesse: nec satisfacit Cuj. solutio l. li-  
neam 26. d. r. quia electio datur heredi an portionem vindicare an  
totum ex Interdicto repetere velit.

XIII. Quod Justinianus in §. Sed non usq; j. d. Leg. de exequa-  
tione Legatorum & FideiC. dixit, nullam inter ea esse differentiam, sed  
quod legatis deest hoc replendum sit ex natura FideiC. & siquid est in  
Legatis.

**L**egatis amplius, per hoc crescat Fidei C. natura. Id ipsum variis peperit interpretationes. Cujac. 8. c. 4. refert id ad casum singularem imputationis in Falcidiam. Rævard. 3. var. 4. ad Interdicit. quod Legatorum Alii dicunt Imperatorem frequenter eò modo ut in d. §. se authorem jactitare, quæ multo ante tempore ab Ulpiano cæterisqve JCtis tradita fuere quia ea quæ in d. §. j. & l. 2. C. Comm. d. Leg. sibi de exæquatione tribuit, jam antea scripsit Ulpianus l. i. n. d. Leg: I. Sic Justinianus se novissimè edicere affirmat, substitutum impuberis exhereditati legatis aut Fidei C. prægravari non posse l. cum quidam C. d. Leg: cum ante eum à Tripbonio JCTo id constitutum esse inveniatur l. miles ita §. si miles & d. mil. Testam: Sic Justinianus gloriatur se Libertorum successionem ita definitivæ, ut si libertus minus habeat in patrimonio centum solidis, ad ejus hereditatem condito testamento patronus nullum locum habeat, idemq; si major fuerit centenario libertus, & liberos reliquerit, quod tamen Africani tempore observatum fuit l. Liberto octoginta n. d. Bo. Lib. Deinde Ulpianus dicit heredem eodem testamento quo scriptus est, testem adhiberi non posse l. qui testamento in pr. n. d. Testam. Justinianus verò id à se vetitum prædicat §. Sed neq; j. d. Testam: Deniq; Justinianus dicit à se donationes mortis causâ legatis comparatas esse §. l. j. d. Don. cum tamen id antea Ulpianus dixerit l. illud in pr. n. d. Don. caus. mort: Sed recte Cujacii & Rævardi authoritatibus Bachovius ad d. §. j. præfert autoritatem Duar. & Alciat. in d. l. i. d. Leg. I. Item Duar. 2. Disp. 9. Govean. 1. var. lect. 30. Donell. 8. Comm. 2. Ant. August. 3. emend. ult. Vigl. ad §. Legatariis j. d. Testam. ord: Hi statuunt Tribonianū ad mentem Justiniani, nullum respectum habendo ad casum singularem, aliquid mutasse vel aliquid adjecisse, ideo jure meritoqve se Imperator tum in d. §. tum aliis legibus allegatis authorem dixit, quia ea quæ à Veteribus fusè imperfæ & minus aptè tradita in unum ipse coëgit, suisqve locis convenienter collocavit rerum temporumqve ordine servato l. un. §. quibus C. d. nov. Cod. fa: nam qui subtiliter factum emendar, laudabilior est eò qui primus invenit. l. i. §. & Ideo C. d. V. I. E. l. 2. §. tanta autem C. eod. Joann. Coras. Miscell. Juris Civ. Lib. 5. c. 17.

XIV. *Clausula Codicillaris* Testamento nulli cui sextantum testes adhibiti sunt adjecta facit ut heres non quidem ex Testamento viâ directâ sed ex Codicillo viâ obliqua hereditatem petere possit tanquam

quam FideiC. nec prohibetur FideiC. petere, etiamsi anteā ex Testamento nullō hereditatem vel B.P. secund. tabb. petierit, nec quicquam obtinuerit, quia non prohibetur ex aliā causa petere, si in uno iudiciō succubuerit l. 14. d. Except. Rei jud. nec Renuntiatio juris præsumenda est, quia est una causa agendi non diversa scriptura scil. eadem & omnis variatio in jure odiosa Carpz. p. 3. c. 20. D. 44. Non tamen temerē hæc clausula non adjecta, est præsumenda vel subintelligenda, quia testari volens non præsumitur tacite Codicillari voluisse l. 29. π. d. Testam. l. 41. §. 3. π. d. Vulg. & pup. Subst. sed quando expressè addita eventualiter immutat dispositionem Menoch. l. 4. præf. 60. n. 82, nec ob clausulam ea quæ diversa habent nomina confundenda, & differentiæ Testamenti ac Codicillorum tollendæ sunt, quæ non tantum externâ solennitate sed ipsa quoque substancialiâ differunt. Brunn. ad. l. 7. C. d. Codicill: hæc differentiæ licet ex l. 1. C. Theod. d. Testam. cognosci nequeant, in quâ licet ad vicem Testamenti facere Codicillum, in quô legitima heredis institutio tenetur, parva tamen notatur in l. seq. quia eundem effectum quem Testamenta habent Codicillis denegat l. 2. d. t. C. Th. d. Testam: nam Impp. Codicilos & Epistolas adeò refutant, ut ex illis etiamsi eas veras esse quæstionum regula approbârit nîl capiant sed quicquid eis relictum constiterit ad liberos defuncti vel si ii non sint ad proximum quemque devolvant, sed in Testamentis à privatis heredibus distare noluerunt. Hæc verò differentiam non pariunt quæ in hoc casu ratione usus & Subjectorum ex modestia Impp. distingvuntur, & deinceps à seqq. Impp. qui jus commune cum cæteris habere constituerunt sublata sunt l. 7. C. J. Qui Testam. fa. p. vel non. sed veræ differentiæ in defectu solennitatum in Testamento requisitarum & heredis institutionis consistunt Tabor lib. 12. Barbos. c. 14. ax. 7.  
Carpz. part. 3. const. 3. Def. 35.



Kc 3004

ULB Halle  
003 757 714

3



Bitte nach Ausleihe an  
Frau Richter 1  
Sammelbd. ? oder  
Ludwaffene Werte ?

10.02.12






**Farkarte #13**

B.I.G.

Blue	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Cyan	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Green	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Yellow	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Red	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Magenta	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
White	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Black	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19



N. J.  
CATIO XI.  
ECTARUM  
ESIUM  
ERTI & CON-  
VERSII

& seqq. usqve ad finem  
π. C. Just. Theod: Libb,  
ꝝ. respondentibus.

Quam  
ÆS IDE  
E CHRISTO-  
RO Golk/  
. D. & P. P.  
MUS Grendau/  
erb. Prusfus.

ONDENS  
licè defendet  
TORIO MAJORI  
loc. LXXXI.

OMONTI.  
REUS NERIANO.